

Act. 15.

24

ARCHIMARESCHALLVS IMPERII
AENEATORVM PATRONVS ET IVDEX

ILL. I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IOH. THEOPHILO SEGERO

EIVSDEM ORDINIS ET SVPREMÆ IN PROVINCIA CVRIAÆ
ASSESSORE ATQUE ANTECESSORE

A. D. III. IVNII ANNO CCCCCCLXXXV

H. L. Q. C

D I S P V T A B I T

IOHANNES GOTTHOFREDVS BOERNERVVS

BVRCHARDIDORPIO MISNIGVS

L I P S I A E
EX OFFICINA BVSCHELIA

24.

THEATRUS LIBRARII
ARCHIVI ET LIBRARII
ACAD. IMPER. PETROPOLITANAE

LIBRARIUS ET INDEX
LIBRARII ET INDEX
LIBRARII ET INDEX

DOCTRE. THYORHO SPOCHO
LIBRARII ET INDEX
LIBRARII ET INDEX

LIBRARII ET INDEX
LIBRARII ET INDEX
LIBRARII ET INDEX

FABRI

ILLVSTRISSIMIS COMITIBVS
AC DOMINIS
DOMINO
ADOLPHO HENRICO
S. R. I. COMITI
A SCHOENBERG
POTENTISSIMI PRINCIPIS ELECTORIS SAXONIAE
CANCELLARIO

DOMINO
DETLEV CAROLO
S. R. I. COMITI
AB EINSIEDEL

EIVSDEM SERENISSIMI ELECTORIS SUPREMO AERARII
DIRECTORI PRAEFECTO S. CVBICVL REI AGRARIAE
OPIFICIARIAE COMMERCIAE CVRATORI DELEGATO
ORDINIS S. IOHANNIS HIEROSOLYMITANI
EQVITI COMMENDATORI

HISTORISMS COMITIBVS
ADOLPHO HENRICO
OPTIMO PRINCIPI CARIS
DE PATRIA
IMMORTALITER MERITIS
DOMINIS MEIS INDVLGENTISSIMIS
SACRVM

Vt ILLVSTRISSIMIS VESTRIS NOMINIBVS,
DOMINI, tenuem, neque tantorum Virorum personis
satis dignum libellum inscribere audeam, facit tum insi-
gnis VESTRA humanitas, qua omnes litterarum cultores benignissime
amplectimini, tum ipsa VOS coram venerandi opportunitas in
hac urbe, in quam publici boni causa SERENISSIMVS PRIN-
CEPS ELECTOR VOS de rerum peritia ac dexteritate SIBI
publiceque notissimos, adeoque omnium maxime idoneos ad tanta
negotia sustinenda legavit. Est enim earum rerum, quae cum
Archimarefchallatus dignitate coniunctae sunt, VOBIS, DOMI-
NI, quasi hereditaria cura: cum TVVS quidem Pater, ILLV-
STRISSIME COMES A SCHOENBERG, in legatione ad co-
mitia Optimatum Imperii, deinde ad Electoralia Imperatoribus Ca-
rolo VII. et Franciso I. creandis, eam curam egregie multos per
annos gererit, TE que totum illi rei Ipse initiauerit; Parens uero
TVVS, ILLVSTRISSIME COMES AB EINSIEDEL,
Marechallus olim aulae Dresdensis primarius, ut caeteras omnes
amplissimi muneris sui rationes, ita etiam has illius partes, de qui-
bus in hoc libello tractatur, prudentissime diligentissimeque admini-
strauerit: utsique autem vir summis tantam excelsae virtutis ma-
gnorunque in rem publicam meritorum gloriam consecutus fit, vt
patria non satis possit mirari ac praedicare felicitatem Ipsorum in
VOBIS superflitem, qui iustitia, fide, consilio et omnium ciuilium
rerum prudenter doctrinaque summis muneribus, quibus cum emo-
tamento

urn:nbn:de:gbv:3:1-486573-p0007-4

tumento publico praefatis, spectata tantos Parentes aequatis. Permitte igitur, ILLVSTRISSIMI COMITES, ut non modo librum hunc beneficio Praefidis meum factum tutelae patrocinioque VESTRO committam, sed etiam ut me ipsum meaque omnia in fidem ac clientelam VESTRAM commendem. In quam si hominem ignotum, neque alia villa re, nisi forte litterarum studio et VESTRAE virtutis admiratione commendabilem receperitis, facile exutiam metum futuri temporis a dura paupertate animo meo injectum, nec ullam tamquam anxietatem decre me tam liberalium et potentium Patronorum clientem exsistimabo. Deum uero supplex veneror, ut VOS, ILLVSTRISSIMI COMITES, SERENISSIMO PRINCIPI et patriae diutissime seruit, saluberrimis VESTRIS consiliis grauissimisque pro salute publica laboribus successus largiatur prosperrimos, et splendidissimas VESTRAS prosperias perpetuo florere iubeat.

ILLVSTRISSIMORVM NOMINVM VESTRORVM

Lipsiae VI. Cal. Jun.
an. CI^D IO CCLXXV.

cultor cliensque deuotus
Ioh. Gothofredus Boernerus

De Saxonica buccinorum protectione dum commen-
tari aggredior, equidem fuisse ante me multos, qui
et ius patrocinii eius commemorarent, et controv-
erias super eo ortas excuterent, haud ignoro. Sed lites nondum
compositae varii que errores a doctis etiam hominibus propu-
gnati repetitae tractationi materiam fecerunt, auctiorem etiam ex
eo, quod ad editum D. Imp. Caroli vi, de emendanda opificum
disciplina, quippe quam tubicines imitari solent, primi eam ac-
commodauiimus. Qui enim, BVDERI iudicio, (*de protectione opifi-
cum speciali feudali ac privilegiata in Germaniae regno, in Symmilt.
Observat. I. q. 6.*) copiose, diligenter et erudite de hoc iure ex-
posuit CONR. FRIDERICVS REINHARDVS elegantissimum librum
de officiis imperii Saxoniciis, cui disquisitio ista inserta est, ante
nouae legis publicationem conscripsit, posteri ad eum cupidos ab-
legare, quam confirmare sententiam tutius censuerunt. Nec tam
mihi animus est, argumentum velut de novo refingere, quam di-
uersas opiniones ad examen, non nulla etiam, quae vaga apud alios
errant, in ordinem reuocare. In disquirendo utemur academicia
libertate, quam Optimi Principis nostri indulgentia et liberalitas
summa nobis concedit. Quod si in villa rei parte errasse pru-
dentioribus videar, facile excusationem habebit integritas pro-
positi, cum priuati scriptoris error iuris quaestii auctoritatem nun-
quam immineat.

II

Definitione protectionis vix opus videtur. Constat enim in-
ter omnes, ius sive singulos homines, sive vniuersitates et corpora
in clientelam suscepta, sive tandem bona et res fidei tutelae que-

conceditas curandi et defendendi protectionem et parentelam,
 (A. B. tit. XV.) procurationem, patrocinium, tutelam, defensionem,
 i medii etiam aeuī vocabulis recommendationem, commendam et commendigium, salui habitionem, salvam guardiam, mun-
 dium et gaſtaldiam, ſed frequentiffime aduocatiam, pro qua Latinos
 aduocationem dixisse obferuat *MANVTIVS ad Cicer. epif. fam.*
 VII. 10. eos denique, qui eiusmodi tutelam fufcipiunt, defenſores,
 tutores, (*cap. 34. X. de eleſtione et eleſti potestate*) patronos, aduocatos et protēctores appellari. *CANGIVS Glosſar. v. Aduocat.*
VVEHNER. Oſerv. pract. v. Voigt. *MAGER A SCHOENBERG de*
aduocatia armata cap. 11. *RECHENBERG. de Aduocatis et Aduo-*
catus Germanicis §. 2. et 5. *GOEBEL de aduocatia armata.* Quippe ipſa defenſionis neceſſitas fecit, ut eodem conſilio, quo conditae fuit ciuitates et regna, tum reges et imperatores imbecilliorum tutelam aliiſ ſub ſe magiſtratibus et principibus ſpeciali lege comiſſerent, cum qui ſe ſua que bona defendere ſponte non poſſent, potentiorem patronum eligerent, in cuius fidem et clientelam initio inaequali foedere reciperenſt. Orta hinc diuerſa aduocatorum iura, prout quisque clientum etiam ſuorum ſummus magiſtratus et iudex, aut maioribus faltem priuilegiis a ſupremo rei publicae tu-
 tore ornatus eſſet, aut cum clientibus vel de maiore, vel de minore facultate conueniſſet: ne dicam multos pleniorē, quam confeſſa eſſet, potestatem vel tacito uſu et eorum, quorum de iure ac liber-
 tate detraheretur, patientia, uel armis etiam et aperta vi ſibi aſſeru-
 ifſe. v. *KNIPSCHILD. de ciuit. imper. II. 24.* Quam ob rem non nulli cauere iubent, ne ius protectionis cum iure aduocatiae confundas. Nam et repugnare originem, quoniam aduocatos olim iura ampla et iuſsignia habuiſſe palam fit, et reclamitare chartas, quae aduocatiam et defenſionem accurate diſtinguant, et contrarium fraudere complura exempla procerum, qui aduocatiae ius in ſummo preſeo habuerint, denique diuerſa uota eccleſiaſticorum, id unum agentium, ut aduocationis munus amolirentur, telum acerrimum id temporis aduersus eccleſiaſticam libertatem. Ita fere *HERTIVS lib. II. Paroem. 5.* vbi id idem ſe ſatis probatſe ait *difſ. de Superiort. territoriali §. 2.* quo loco ad auctorem deduciſt. *Lindauensis* fol. 829. ſqq. amandat, Adduxit ſane *HERTIVS difſ. de consultat.*
 legibus

legibus et iudiciis in specialibus Rom. German. Imp. rebus publicis §. 17. litteras publicas e monumentis VVurtenbergicis, quibus Rudolphus, comes de Hohenberg a. 1388. promittit, velle se monasterium Bebenhusanum non tanquam aduocatum, sed tanquam defensorem tueri: pariter Simon, comes Gemini pontis, atque Otto ab Eberstein profertur, se monasterio Albae dominorum et bonis ad ipsum pertinentibus praefuisse, non aduocatorum nomine, sed tutorum; alias denique, quibus Ottones Ebersteinii comites an. 1276. aduocatiam a tuitione separauerunt. Neque ego nescio, aduocatiae et protectionis vocabula hodieque a vitis doctissimis discerni, eorumque confusionem multis perniciosem videri. Sed recte monuit auctor narrationis de dominio et aduocacia Moellensi p. 29. quique eum laudat, BOCRISIVS eruditiss. diff. de eo, quod circa protectionem subditorum alterius domini territorialis inter statutus imperii iustum est, aduocatiae verbum diuersos habere significatus, eo que interdum iurisdictionem et praefecturam, interdum nudam protectionem et defensionem indicari. Quod igitur BOCRISIVS, secutus PAVLLINVM de aduocatis monasticis §. 13. constituit, protectoris suis defensionem parare clientulis perentibus, aduocati officium magis ordinarium in iure administrando et inspiciendis rationibus esse versatum, ex genere eorum est, quae plerumque cum litteris publicis consentire, non raro etiam ab eorum auctoritate recedere videoas. Nam et aduocati non omnes iuris dicendi facultate gauisi, (v. STRUBEN. obs. iur. et hist. Germ. p. 271. sq. et hor. subsec. p. I. disp. III. §. 7.) & quibus iurisdictione obuenisset, subinde nihilo minus patroni, protectores, defensores similibusue nominibus appellati. Tutius e formula conuentionis, e legibus arque ex vsu, quam ex diuersitate nominum, protectionis et aduocatiae ius aestimatur. Dicamus alii nudam defensionem gratuitis forte passionibus obtigisse, alios ius protectionis cum potestate vel maiore vel minore, qualem et quantum lex superioris aut clientum conuentio dederit, aut ausus etiam fortunati cooperint afferere, deinde siue ius siue silentium longo vsu firmarit, consecutos esse. Quod innuisse videtur Henricus coecus, comes Namurensis et Luxemburgensis apud AVB. MIRAEVM Dipl. Belg. lib. I. cap. 6. in charta an. 1154. exposita. Neque enim iure aduocatiae, sed nomine se

VI

destitui profiteretur: aduocatiam sive nomen, inquiens, aduocati non habui in ecclesia, sed ipsius defensor existo. Quanquam possunt sic capi haec verba, ut comes nullo iure cogente se tutelam eius ecclesiae gerere glorietur. Hinc si quid video, eo loco non magis, atque altero ex charta an. 1233. exarata, quam HVNDIUS Geneal. Bauar. P. II. p. 275. exhibuit, ad confirmandum sententiam suam abuti debuisse HERITIVS L. Buccinatorum autem patrocinium iure optimo maximo inter Aduocatas Germanicas commemoratur, quanquam hoc ipsum eius nomen in tabulis publicis usurpatum non reperi ideoque in titulo libri malui Patroni et Iudicis vocabula ab ipso Ferdinando II. Augusto ad designandum Serenissimi Electoris nostri in tympanotribis atque aeneatoribus potestatem exhibita retinere. Quorum quidem verborum coniunctione longe melius arbitror, quam aduocati, dubiae atque aincipitis interpretationis, elogio exprimi eius tutelae per Germaniam vim. Videant, quibus hoc negotii est, num forte in ecclesiaram et monasteriorum, regionum, ciuitatum et pagorum tutelis, non etiam in singulorum hominum tribuumue protectionibus Aduocati nomen placuerit.

III

*gut & sehr
nach der
zahl der
beispiel*

Quoniam communi securitatis muniendae consilio homines in ciuilia foedera coierunt, atque ut paratio esset tum in pace, tum in bello defensio, se suaque omnia commisere regum et principum, quasi tutelarium Deorum, iustis arbitriis, protectionem ciuium cum imperio naturaliter coniunctam nonnulli ordinariam appellare: aliorum autem quocunque titulo oblatam defensionem extraordinariam. Illo sensu Augustissimus Imperator totius Imperii atque ecclesiae supremum se aduocatum & tutorem profiteretur: Cap. noviss. art. I. §. 1. & 10. XXVII. §. 3. posteriori significatu complures ciuitates Imperii habent suos aduocatos. Placet RECHENBERGII explicatio, definitis ordinariam aduocatiam, quae omnibus dominis et rectoribus ciuitatum vigore munervis sui, (von Amts wegen R. I. d. a. 1530. §. 10.) competit; extraordinariam, quae personam aut iura, quoad reliqua aliena, fidei protegentis illius, qui propriè loquendo dominus non sit, nec iurisdictionis aut gubernationis lege geneatur, committat. Ex illo genere istam, quam Principes magistrati-

stratibus mandant, legalem, eandemque, ubi beneficii lege teneatur, feudalem vocat, cuiusmodi Saxonum buccinatorum patrocinium esse, ex sequentibus apparebit.

IV

Primus Septemuirii Saxonis tanquam aeneatorum patroni et iudicis mentionem fecit Ferdinandus II. an. 1623. confirmatis tredecim legibus, in quas tubicines tironum causa conuenerant, v. Confirmation über die 13. Punkte, welcher sich die Feldtrompeter wegen der Lehrjungen verglichen, d. d. 27. Febr. 1623. ap. LIMNAEVM T. V. addit. ad lib. III. cap. 10. p. 210. ante quem nemo eam euulgauerat. Etenim eas ipsas leges a sodalibus paclis Imperator approbat cum hac cautione, ne ista confirmatio de Septemuirii Saxonis tanquam buccinatorum caestrenium excelsi patroni et iudicis de que successorum eius iure et facultate aliquid detrahere videatur. En verba Germanica! Diese Punkte bestätigt Ferdinand der andere, doch mit diesem Beding, daß solche Confirmation dem Churfürsten zu Sachsen und dessen Nachkommen an dessen Recht und Gerechtigkeit, als der Feldtrompeter hohen Patron und Iudici unpraejudicirlich und ohne Schaden sey. Exemplum priuilegii ait Limnaeus se habere ex communicatione buccinatoris aulici, nescio quo malo ingenio adiiciens: cui fidem adhibeat, qui voluerit. Sed salua res est, et extra omnem dubitationis aleam posita, cum et ipse Ferdinandus II. eandem legem aliquantum mutatam repetierit an. 1630. et Ferdinandus III. Aug. idem privilegium an. 1654. denuo confirmarit et auxerit ap. LVNIG. Arch. Imp. P. gen. p. 558. sq. et Serenissimi Electores Saxones an. 1650. 1661. 1711. et 1736. in legibus pro aeneatorum collegio scriptis eius honorificam fecerint mentionem, simul etiam ipsi se aditos a supplice turba tubicinum tanquam supremos eorum iudices defensoresque professi. Cod. Aug. T. I. p. 427. T. III. P. I. p. 170. Quemadmodum vero ex Augusti priuilegii verbis patrocinii eius antiquitatem colligimus, cuius tanquam notissimi iuris commeminit Caesar, sic D. Joh. Georgium II. Saxonem verissimae sententiae, qua illud officio Archimareschallatus inesse statuitur, auctorem habemus optimum maximum. Ipse in priuilegii tabulis VII. Mart. an. 1661. confessis sodalitii buccinatorum preces refert, quibus non

non in suis tantum Electoris ditionibus iurium suorum tutelam, sed vi Archimareschallatus parandam in adjacentibus etiam aliorum Electorum et Principum territoriis (*als auch wegen unsers tragenden Reichsmarschallamts in den benachbarten Chur- und Fürstenthümern*) collegii sui defensionem tuitionemque exorauissent.

V

Videamus vero, qua ratione ius huius protectionis ex Mareschallatu manauerit. Initio quidem Mareschalli regum Francorum, quorum iam mentio sit a GREGORIO TURON. IX. 38. x. 5. ALMOINO III. 71. et FREDEGARIO locis complaribus, vix alia lege, quam hodierna comitum stabuli in plerisque Germanorum Principum aulis, rei equestris curam habuisse videntur. Etsi non admodum repugnabo, si quis eorum in militia potestatem, utpote ab ista equorum curatione oriundam, (vid. FR. LVD. BERGER. *Animad. ad Cocceji Juris Publici prudentiam p. 213.*) bellicis Dapiferorum Praefectorumque palati, qui Majores domus dicebantur, imperii antiquo rem & horum crescente potentia tantum per aliquod tempus repressam debilitatamque existinet. Etenim Dapiferi, Camerarii, Mareschalli, Pincernae officium nouimus Francorum regno longe vetustius etiam Herodoti tempore apud Scythas usitatum. Conf. CHRIST. THOMASIVS de collisione morum cum iure scripto §. 57. Nullo tamen tempore magis, quam Majorum domus dignitate sublata, auctoritas Mareschallorum eminuit. Nam horum vices in veteri regno Francorum principio Archifenseschalcii, deinde, cum et hos metuerent reges, apud ipsos occidentales Marescalci sive comites stabuli in plerisque sustinuerunt. ESTOR de Ministerial. I. 35. ETAT DE FRANCE tom. I. chap. I. p. 39. P. DANIEL Hisfor. Milit. Francor. tom. I. lib. III. p. 124. sqq. Neque enim insolens erat in Francis, delere honorum nomina, vim aliis in ordine proximi retribuere, cuius rei arcanae rationes illustrissimus BVATIVS pandit in Origg. passim Quemadmodum igitur maiores domus maximam omnium rerum secundum regem potestatem habuerant, sic primum Senescalci, mox Marescalci sive Comitis stabuli summa domi militiaeque auctoritas exitit. Nam & Senescalcus, et si nomen coquorum tantum reique familiaris prefecturam indicare videatur, suc-

successione in palatii magistrorum locum alias partes & ipsum militare imperium ad se traxerat, cum rex proelio interesset, vexillum ferens. ESTOR l. l. CANG. in *Glossar. v. Seneschalcus.* Neque vero haec modo in bellicis expeditionibus iura, sed alia quoque pacis munera ex descriptione HINCMAR. in epist. ad ord. Franc. cap. 23. Dapiferis olim propria mutatis aulicae disciplinae rationibus factae sunt Mareschallatus accessiones. MASCOV. de *Origin. Officiorum aulicorum S. R. Imp.* §. 34. In Germania ab Ottonis M. aetate, quo tempore Arnulphus Baucariae Dux, VITICHINDO teste *Annal. II.* equestri ordinis & eligendis locandisque castris praefuit, imperium belli ad Mareschallum pertinuit. Ifle Arnulphus contra Hunnos, Bernardus Ottonis III. Mareschallus contra Slavos exercitum duxit. Nec alia de causa, si FR. LVD. BERGERVM in annot. ad *Cocceii iuris publici prudentiam* p. 214. audias, Slavos opprescit Henricus Leo, quam quod esset primarius exercitus Praefectus. Ipse IOH. PETR. LUDOVICVS German. Princ. lib. V. cap. 4. §. I. at ille Saxoniarum partium profeclio non nimis studiosus, fatetur verius annalibus supremum castrorum Praefectum (*Obrisken Feldhauptmann*) Saxonem appellari. Et constat Saxoniae duces ab Ottonis III. tempore, quo Bernhardum eo officio functum diximus, Archimareschallatum perpetuum habuisse. MASCOV l. l. §. 36. & in *Origin. Juris Publici I. R. G. illustratis ex rebus Imperatorum Saxonum* §. 25. Ecquis igitur in tanto omnium testimoniorum consensu dubitet summos imperialis exercitus duces a prima regni Germanici constitutione Archimareschallo agnoscere, quibus & vexilli primarii & praeferendi gladii honor istius antiquissimae praefecturea dignitatem confirmat. Apud eosdem bellici imperii comes disciplinae militaris custodia fuit. MASCOV de *Bello solenni imperii* §. X. ZECH. in *Feciali Europaeo P. I.* p. 252. sq. FR. LVD. N. D. BERGER. l. l. p. 213. Serius in Gallorum exercitu iisdem praerogatiis frui coepit Comes Regii Stabuli, (v. p. DANIEL. l. l.) quibus trans Rhenum diutius Seneschalci gavisi. Etiam in Lotharingico regno mos iste Alphonsi electi Imperatoris aetate perduravit, uti ex litteris investiturae Friderici ducis Lotharingiae Toleti datis an. 1258. perspicitur apud LEIBNITIVM Cod. *Jur. Gent. Dipl.* P. I. n. 13. p. 29. et MASCOV. de *Origin. Officiorum Aulicorum S. R. Imp.*

Imp. §. 34. Quod igitur vetus auctor ap. *DATTIVM de pace publ.* lib. III. cap. 8. p. 581. Carolo IIII. imperatori consulit, vt expeditio Italicae idoneum Seneschalcum siue Mareeschalcum praeficiat, nisi locum haber *KVHNII conjectura de iurisdictione Mareeschallorum in S. R. I. Sect. I. §. 16.* permista utriusque officii vocabula esse tanquam synonyma, procul dubio ad diuersas regnorum imperium Romanum constituentium formulas atque ad Augusti arbitrium, qua ex ratione ducem isti exercitu praeponendum eligere vellet, referendum est. Videtur autem in Germania maxime equatus dignatio, in quo praecipua belli vis specie labatur Archimareschallo Imperii primas in exercitu meruisse. Nescio, an eandem ob causam summo militum magisterio, quod in Lotharingia et Francia occidentali Seneschalci gerebantur, Archidapifer Germanici regni caruit: neque id agere iam decreui. Sed hoc, quod magis ad propositum spectat, prope verum est, pedestria tympana ideo infra dignationem artis liberalis posita eorumque pulsatores collegii iure et speciali Serenissimi Electoris patrocinio ad hunc usque diem exclusos esse.

VI

Quod si imperium belli et militaris disciplinae custodiā sub Augustis habuit Archimareschallus, eundem etiam aeneatores potestate sua regere ac tueri oportuit. Aliorum auctoritatē secutus eo nomine tam tubicines, quam tympanotribas siue anacaristas complector. Nam et eodem Imperatorum atque Electorum nostrorum priuilegio, quo nomina eorum frequentissime coniuncta videoas, perfruuntur. Caeterum tympanistae atque anacaristae vocabula nemo temere reprehenderit. Quis enim in tali re verborum nouitatem redarguat? Olim tympanistae in classibus populi Romani sub Seruio Tullio describendis apud *DIONYSIVM HALICARNASSVM lib. IIII.* legebantur. Sed histympanum ademit *LIPSIUS M. R. XIII. 10.* eosdemque Bonaventurā effecit. Idem uero l. l. ubi Gallos matris Deum refert in marmoribus conspici tympanum manu tenentes, rotundum infra, supra planum atque ibi corium inductum, quod bacillis pulsant, adiicit, eiusmodi esse equestria Germanorum vel Afrorum tympana. Quibus verbis vititur P. DANIEL hist. mil. Franc. tom.

tom. I. lib. vi. cap. II. p. 385. vt ostendat Germanos aetate Lipsii tympanis vsos. CANGIVS quidem v. NACARIA et in diff. ad Ioin-
uillam a Saracenis illa in Hispaniam portata, ab Hispanis deinde ad Francogallos et Anglos cum ipso nomine peruenisse existimat. Sed VVAGHTERVS noster, vir talium rerum longe peritissimus, in Glosſar. v. Nacaria vti Casanouae, Huetii, Menagii notationem a nacre concha tritonia genus aliquod tubae vel alterius instrumenti inflati nomen duxisse opinantium reicit, sic P. Danielis sententiam Gallos tympana a Germanis accepisse sribentis ipsa nominis origi-
natione, quod sit a nack equus, adeoque tympanum equitatus seu tympanum equestre significet, erudite confirmat. Pergit: Germani bodierni uocant Paucke a pochen, pulsare. Itam uero celeberrimi uiiri notationem nacariae vix probes, nisi memineris nack equum dictum a bnaegan binnire, et hoc forte in knaken, gnaken, quo ad exprimendum sonum ex ossium similium corporum fracione vel concussione editum vtimur, supereſſe. Quam ob causam Nacaria siue Italorum pronunciati gnaccaria, (vique autem verius atque antiquius nacariorum vel nacariarum, quam anacariorum nomen, tametsi etiam hoc vſus probauit) facile eodem sensu dici potuerunt, quo paucken dictae sunt a pulsando. Vnde uero Germani tympana habuerunt? Vero simillima MASCOVII conjectura in Hist. Germ. XVI. §. 44. et obs. 38. p. 248. ab Auaribus siue Abaris. De his apud Suidam Menander, LIPSTO etiam l. c. laudatus: *Abari sub initium proelii diffonum et horridum clamorem tollere et cum frenitu bellico tympana quoque pulsare statuerant, ut inopinato illo et vehementi strepitu Romanos percellerent et terrorent.* Vtrum Abari ab Indis, an Parthis nacaria sua acceperint, in medio relinquimus. Quicquid sit, quisque populus in aptando instrumento et excelen-
do ingenium suum secutus est. Parthi et Indi, Curtio et Plutarcho testibus, aerea tintinnabula, Abari maxime barritum admisueru. Ab Auaribus armorum societate ad Slauos, ab utrisque ad Germanos tympanorum vſus progressus esse videtur. Nam et alia bene multa harum gentium instituta maiores nostri moribus suis aptarunt, et, quod vossivs iam pronuncianit, de poematum cantu p. 107. si originem instrumentorum, quae hodie in vſu sunt, inquiramus, pleraque ea a barbaris ad nos peruenisse inueniemus. Qua de
cauſſa

caussa non dubito, tubas etiam sive buccinas nostras Slauicae originis credere. Vulgus, ut est in vitis Abbatum S. Albani apud CANTIGVM l. l. *trumpa* vocat, Germanus *Trompete*, Camber *Trumpls*, Lutherus *Drommete*. Diminutiva ait VVACHTERVS a Francico *trumbo*: cuncta per epenthesin a Sarmatico *traba*, tuba, quod sit a *trabia*, inflo, cano, modulor, voces sistere FRENZELIVM in Orig. Sorab. p. 233. Sane dignissimae sunt Slauorum antiquitates, quae communium originum atque institutorum caussa a Germanis cognatisque nationibus diligentissime inuestigantur, in quo genere doctrina Celsissimi S. R. I. Principis IOSEPHI ALEXANDRI IABLONOVII, praefidii et decoris litterarum, industriam felicitatemque reliquorum indagatorum omnium dudum supergressa excellit.

VII

Sed haec digressio eo pertinet, ne tympanorum et tubarum disciplina in imperiali exercitu nimis nona iudicetur. Caeterum non debemus existimare, ad excolandam artem nihil contribuisse Germanos, Rude inuentum non potuit, nisi multorum sensim ingenis perfici, nec suavitatis aliquem sensum in delicatis aulicorum auribus excitare, nisi a tali perfectione. Emendatorum modorum, vt omnis militaris ornatus atque oublestamenta praecipua sine dubio causa fuerunt hilaria ludorum equestrium, in quibus nullum temere honestae iucunditatis laetitiaque genio et arti temporum ac Germanorum grauitati accommodatae genus omisum. In his quoque gymnasiis, velut in ipso bello, si quid in concione renuncandum, tuba prius indicium silentium: sonus instrumentorum inter acclamaciones auditus: choreae et saltationes, terminus ludorum, ad buccinam actae, v. GEORG. SCHVBART. de ludis equestr. cap. IV. §. 14. v. §. 7. 15. 18. Haec tubicinibus in aulas regum et principum via, in quibus, eti curiae militarem ornatum deposuerunt, nec bellica, vti olim, ad delectionem exercitationemque edunt spectacula, nihilo minus ad hunc diem cum collegis suis tympanis retenti sunt. Tympanorum quidem rigidior sonus: nec murum, si tardius coepit ad modos cogi. Sed postquam difficultatem industria atque ingenium superauerat, ars uisa est tanto dignior, quae musicos inter concentus sive iocularis terroris, sive alendi belli-

bellicosus spiritus caussa in aulas reciperetur, quanto ea insigniorem usum praefat in militia equestri. Quod si, his constitutis, ex me quaeras, quo tempore et tubae et tympana coeperint in aulicis instrumentis haberi, nihil habeo dicere, nisi hoc unum, videri hoc iis maxime temporibus factum esse, quibus aulicum ministerium ornamenta virorum militarium sumvit, quanquam haec etiam coniectura facile euerti potest, et de tympanis difficultius asseritur propter prisci illorum usus obscuritatem. Hodierna vtriusque aeneatorum generis in aulis officia docent SECKENDORF, in lib. *Teutscher Fürstenstaat III.*, c. 5. §. 19. et ex eo CHR. VVILDVOGEL *diff. comm.* §. 38.

VIII

Qui nihil lectorum intelligentiae tribuunt, atque omnia ad suam formulam exequuntur, vereor, ne mihi litem faciant ob tympanorum descriptionem omissem. Sed videant, quaeſo, de tympanis laudatum DANIELEM hift. mil. Franc. I. vi. p. 385. deque buccinis CHRISTIANVM VVILDVOGEL in diff. *de Buccinoribus eorumque iure* §. 2. et 7. nisi malint e *lexicis musicorum*, cuiusmodi aliud Chemnicii 1737. prodiit, aliud IOH. GOTHFREDVS VVACHTERVS in lucem emisit, rem oculis facilius cognoscendam, quam verbis, ediscere. In exercitu horum instrumentorum usus latissime patet. Ad excitandos pugnantium animos in praelio, in excusitationibus, in excubitis, in murorum conſcenſione, ad significacionem itinerum, ad conuocandos reuocandosue milites, ad terrorum splendoremque iustitiae, si qua ſeuerior ſententia expeditur, conciliandum, in publicandis edictis militaribus, in ordinando, si opus fit, remeauit alisque quam plurimis bellici imperii negotiis ipſorum opera adhibetur. Conf. DANIEL I. I. p. 383. VVILDVOGEL I. I. §. 39. et 40. Aeneatores ad hostes missi mutuis gentium moribus pro commercio sermonis habendo cum plena ſecuritate eunt et redeunt. v. HERTIVS de lytro ſect. I. §. 8. Op. Vol. I. p. 169. Ex quibus omnibus tum eorum et tympanistarum in bello necessitas, tum bellici ducis, quem imperiali exercitu leges Imperii Archimareſchallum praeficiunt, in ipſorum militias ius ac potestas ita perpicitur, ut longiore oratione non opus fit ad necessitudinem aduocatiae a Serenissimo Electore Saxone iisdem eorundemque

XIII

collegiis praefstandae atque splendidissimi Archimareschallatus officii demonstrandam, ut cito corpora membris, quam pro ea, quae a tot seculis uiguit, militari disciplina Archimareschallatus imperii aeneatorum protectione, sine caritura. Quomodo, quaeſo, exercitus ordinabitur, quomodo milites ſive in itineribus, ſive in proeliis diſponentur, quae temporum obſeruatio, quae audiēta imperatorum, quis impetus erit, quae ſalus in fuga, ſi non eadem vox iſdem aeneatorum signis per totum equeſtre exercitum exprimatur? Quia autem ratione exprimi poterit, niſi communis omnium in imperio tympanorum et buccinarum iſtituta sit disciplina? Quis hanc, niſi praefectus militiae, ordinationibus et legibus iſtruat? Haec opido conſpicua rei neceſſitas facit, ut tympanifarum et buccinatorm fodalitia, in caſtris illa et ſub militari imperio nata, caeteris omnibus artificum vel opificiorum collegiis per Germaniam iſtitutis priorem antiquioreme exiſtimem, nec poſſe, niſi cum imperialis exercitus ex tot diuerſorum Principum militibus iſtrueſdi communi disciplina, interim ac diſſolui opiner.

VIII

Ex eodem fonte iurisdictio Archimareschalli in cauſis artem aeneatorum et fodaliti, quod conſtituunt, leges attingentibus manat. Quomodo enim disciplina custodiatur, ſi duci vim statuendi coercendique potestatem ademeris? Quale geſtabit tubarum et tympanorum, perque ea imperii militaris concordia, vbi quisque pro lubitu canendi pulsandique modos iſtituat, tirones nullo delectu, doctos, an indoctos admittat. Itaque cum ſub ſeculi huius primordia pars illius iurisdictionis a non nullis in dubium uocaretur, nemo tamen vnuquam repertus eſt, quem non ipsa rei neceſſitas ad locum ei, in comitiis, in curiis ſolennibus et in caſtris Imperii relinquendum, ad fatendum iſtius potefatis exercitum, quoties ipſe Mareschallatus exerceatur, coegerit. Tum enim vim Electoris in tympaniſtis et buccinatibus, ſaluo Archimareschalli officio, ſalua legum auctoritate, tolli non poſſe, aduersarii pleno ore concedunt. LYNKER Cent. XIII. Dec. 1351. VVILDVOGEL de Buccinatibus eorumque iure §. 47. et, qui iſtis partibus fauer, FR. LVD. N. D. BERGERVS 1, 1, p. 214. Sic faltem non nudam protectionem tubicinum

num et nacaristarum fatentur Archimareschallatui adhaerere, et haecenus ea, quae §. v. posuimus, perque hanc occasionem iterum inculcamus, ad ordinarias sive legitimas advocatas referendum esse hoc patrocinium, nostrisque Electoribus tanquam partem supremi in Imperio officii cum iuris dicendi potestate obtigisse, suis suffragiis videntur probare: sed quod infra apparebit, videntur tantum. Res maiori testimonio nititur, quod ipsum ad refellendam opinionem, ac si extra imperii curias; castra, comitia Potentissimus Archimareschallus exercitio sui iuris destituantur, in primis pertinet, nempe ea, quam supra laudauimus, protestatione Ferdinandi II. Aug. se confirmatione statutorum a buccinatoribus consectorum iuri et facultati Electoris Saxonici, seu supremi aeneatorum Patro- ni er Iudicis, nihil detractum velle. Dignae sunt tabulae, quarum totum argumentum non incurius talium rerum lector animaduertat.

X

Exemplum priuilegii an. 1623. d. 27. Febr. lati apud LIMNAEVM l. l. utique mancum est. Pleniorum confirmationis an. 1630. repetitae formulam LVNIGIVS l. c. et ANT. FABER Cancell. publ. P. IIII. p. 848. sq. ediderunt. Vbiuis apparet, buccinatores et tympanotribas iam ante id tempus collegii et arcae communis ius habuisse. Etsi enim fidicines tibicinesque vagantes, et, quotquot cum iis conuersarentur mendicandoque aut in tabernis atque popinis vitam transigerent, priscae disciplinae severitas ignominia quadam notauerat, quapropter ab honestis collegiis et sodalitiis excludendi viderentur, et forte ante militis perpetui usum multi etiam campestres buccinatores post missionem exercitus his nebulonibus se subinde associando, vt de toto genere vulgus male existimat, meruisse possunt, bene tamen recteque a WILDVOGE-LIO traditur, verba iuris Saxonici lib. I. art. 37. et 43. de contemptu atque infamia fidicium (*der Spielleute*) ad buccinatores et tympanistas, nedum ad nobiliores musicos, haud produci debere. cf. ESTOR iu Iurisprudent. German. priuata, cap. 92. §. 669. Quin ordinatio imperii politica an. 1548. promulgata, tit. de opificum filiis, nominatum aeneatores numero ignominiosorum exemit. Istud quoque tubicinum ius, quod Ferdinandus II. cap. XI. Ferdinandus

111. cap. III. ipsis confirmat, ne quis turmae aut cohorti praefectus, neque alius dominus quispiam bona buccinatoris demortui vindicet, non seruos, quos arect Ferdinandus 111 cap. XVI, sed ingenuos aut libertos, aut qui plenam libertatem herorum beneficio consecuti essent, hanc liberalem, sive vt. Germanico stilo vocatur, equestrem artem tra-
gauisse euincit. Sed societas istorum artificum, quam unoquoque tempore non tubicines tantum, uerum etiam anacaristas uno vinculo continuuisse ex cap. priuilegiis prioris VI. intelliges, etiamsi dubio procul a priuatis passionibus orfa, (cf. STRVBN Hor. Subf. p. 1. p. 515) satis potentem tamen sui defensorem a multis inde seculis Archimareschallum habuerat, cui etiam omnia iura et priuilegia suu deberi illi ipsi facerentur apud ZECHIVM Fec. Europ. I. I. vt forte hand opus visum esset de priuilegio Caesareo cogitare, nisi turbulenta Ferdinandi II. tempora, sive maxime tironum, sive conseruandarum hereditatum caussa, eius petitionem susiissent. Quibus precibus cum Imperator locum reliquit, haud dubie in mentem venit suspicio, posse Archimareschallum imperii, ceu supremum buccinatorum Patronum et Iudicem, sive ex antiqua confuetudine, sive etiam ex pacto cum clientibus inito, vel percipiendae partis multarum, vel etiam hic illic bonorum vacantium iure potitum esse: posse denique imperatoriam constitutionem talium rerum, qualium maxime penes Archimareschallatum ordinatio sit, vnde antiquissimas etiam leges et sua omnia ad id tempus iura buccinatores tenerent, ex administratione summi officii aulici, sine vlla Serenissimi Electoris culpa, quasi aliquam partem detrazisse videri, quin maleuolorum interpretationibus uel in perpetuum exemisse. Nam ab antiquo ius statuendi ordinandi que publicam disciplinam in manu Aduocatorum fuit, cf. STRVBN Hor. subf. tom. I. p. 508. Imperator igitur more Augustorum non infrequentem in eiusmodi priuilegiis cautionem apponit, ne iura Electoris Saxonie beneficio Augstali imminentia existimant aeneatores. Nam si malis, praescitu Septemviri eoque clientum caussam Caesari commendante hoc priuilegium latum coniicere, primum eius commendationis non extat memoria, adeoque illa sine auctore statueretur: deinde nihil obstat quin possit ipse Elector simul cum caussa clientum adscriptionem conditionis, ne calumniosa imperatoria legis interpretatio fiat,
Caesa-

Caesari commendasse. Ipsi quidem buccinatores ius Saxonis Caesar eo priuilegio non imminutum, sed auctum intelligentes, quo etiam sibi et rebus suis optime consultum prospicuumque esse experiundo cognorant, non modo an. 1650. 1661. 1711. 1736 et 1739. quod ex *Cod. Augus.* Tom. I. p. 427. sq. et T. III. P. I. p. 170. sq. apparere supra iam diximus, sed teste *FEC. EVROP.* p. 253. et 254. an. etiam 1657. quo leges aeneatorum XXIII. priuilegio Ferdinandi III. confirmatas assensu suo approbavit Elector, atque iterum an. 1658. imperatoriae liberalitatis fruitionem defensionem que a Potentissimo suo Patrono supplices orauerunt atque obtinuerunt,

XI

Quocunque te vertas, fateri cogeris, Imperatorem ius Saxonicus de buccinatoribus iudicandi agnoscere, cuius quoque perpetuam sanctissimamque tuitionem, ut maiestatem imperatoriam decet, in hoc publico monumento assieuerauit. Vnde omnes iuris publici doctores post Limnaeum, praeter paucos, quos nominauimus et qui forte horum castra sequuntur, uno ore affirmauerunt, Serenissimum Archimareschallum non modo patronum aeneatorum, sed etiam iudicem esse. Sed id ipsum volunt etiam aduersarii nostri concessisse videri, v. *Repertorium Iuris Publ. cum praef. Buderi emissum v. Erzmarshall §. VII.* Nempe ambiguo iurisdictionis vocabulo ad opinionem suam cum lege conciliandam callide abutuntur. Quo sit, vt, quod verbis concedunt, reapse tollere atque eripere conentur. Aiunt in exercitu imperii, in comitiis, in solennibus curiis, si Archimareschaleus suum officium gerat, de potestate eius in buccinatores tam bellicos, quam aulicos, siue in ipsa Imperiali militia merentes, siue a Proceribus aut legatis eorum in comitiis curiisue adductis item non fore: quanquam et in ea re non omnes omnino sibi constant. Nam *BERGERVS motum in yniuersum quoad aulicos tubicines controuersiam, neque immixto forsan scribit.* Utique si aduersarii vicerint, vereor, ne mox etiam de buccinatoribus in solenni Imperii conuentu Principum legatorum qne comitibus ea omnia decernere velint, quae contrasensum antiqui iuris ad imminuendam iurisdictionem Archimareschalli et Vicarii eius de Procerum ac legatorum in comitiis famulatio in yniuersum subinde prolatara sunt, v. *Bedenken über die Frage:*

C

Ob

XVIII

Ob der Reichs Erb-Marschall bey Reichsversammlungen über die da-
selbst befindliche Gesandten Secretarien und Canzleyverwandten die
Iurisdiction habe? in LVNIG. Europaeischen Staats Conf. tom. II. n.
267. ANT. FABRI Cancell. Europ. tom. XLVII. p. 718. KVHN. l. l.
scđt. II. §. 15. et. 16. IACOBI GARMON. disp. de iurisdictione in
legatos eorumque comites praesertim Statuum S. R. Imp. in comitiis.
ill. IAC. HENR. BORN. Observations de potestate iuris dicundi cum
Archimaresballatu Saxonico copulata. Sed vtatur ista tantisper con-
fessione. Verum haec talis iurisdictione an ex iure protectionis ori-
tur? An eam imperator Saxone tubicinum iudicem et patronum
appellans potest in animo habuisse? Quis credit viros eruditos sta-
tuere, Ferdinandum II. Aug. cum leges buccinatoribus de ponen-
do tirocinio aliquis ad collegii sui atque artis dignationem, nec
non ad arcis compendia spectantibus rebus dederit, in iis censu-
isse caendum esse, ne ista talia priuilegia iuri Mareschalli pri-
marii de caulis aeneatorum pecuniaris et criminibus cognoscendi,
si forte sub eius vexillo in imperiali exercitu militent
aut in aulico comitatu Procerum conuentus Imperii frequentanti-
um reperiantur, vlo modo derogent atque noceant? Quo enim
modo huic iurisdictioni obesse, aut qua specie veritatis illi ista
opponi possunt? Si possent, quidni imperatores omnibus Procerum
priuotorumque priuilegiis (quanta enim, queso iure antiquo in
exercitu et comitiis Mareschalli iurisdictione fuit!) eiusdem con-
ditionis formulam inseruerant?

XII

Nimirum corrupere Iureconsulti Ienenses, auctores totius
controversiae dato responso, quod LYNCKERVS et VVILDOVOGEL lo-
cis commemoratis exhibuerunt, corrupere, inquam, uerbum Iudi-
cis in priuilegio Ferdinandi. Res artis, quarum iudicem leges
Archimareschallum constituant, cum caeteris aeneatorum uel cri-
minibus uel ciuilibus caulis commiscuerunt. Illarum notio uniuersa
totaque collegiorum, quibus tubicines nacaristae que continentur,
ordinatio penes Archimareschallum qua Patronum ipsorum et Iu-
dicem est. In imperiali exercitu Archimareschallus pro militari
imperio et iudicaria potestate, quae illi inhaeret, de omnibus mi-
litum delictis et litibus cognoscit et statuit. In solenni imperii con-
uentu

uentu tantam ipsi iuris dicendi potestatem leges publicae tribuerunt, ut ei omnium legatorum familiae, et omnes peregrini, ipsi que urbis ciues, quibus cum peregrinis negotium aut rixa intercedit, subesse debeat, et caussae tam civiles, quam criminales, vel ab ipso, vel ab eius vicario iudicari. REINHARD. *de Officiis Imp. Saxon.* *Set. II. §. 13.* Quod si igitur aduersarii in exercitu tantum curiaque solenni potestatem buccinatibus ius dicendi Archimareschallo concessam volunt, quis, quaeso, non intelligat, omuem eam iurisdictionem singularium caussarum, quae a iure protegendi aeneatores vnicce proficiscitur, et quam cum eo patrocinio coniunctam testantur Imperatores, hac ratione omnino negari et tolli. Nam si in bello velint Imperiique comitiis res artis etiam buccinatorum et collegii priuilegia ad notionem Serenissimi Saxonis deferri, cur, quaeso, in conuentibus tancum et exercitu iurisdictione ista ad Archimareschallatum pertineat? Nullam huius rei rationem perspicio, nullam legem, qua contra ordinem iuris praecepitur, ut certis tantum temporibus Archimareschallus potestatem patrocinii sui exerceat, cuius caussa perpetua est, finito bello, postque redditum e comitiis vel solennibus curiis alii, quod ad artis collegique dignitatem ille statuerit, subuertant. Sane, si de hoc genere iurisdictionis cogitaissent Ienenses, nec diuersissimas species, ut caussae velificarentur, miscuissent, non potuissent illi adeo secum ipsi pugnare, ceu factum esse iam uidit atque indicauit REINHARDVS l. l. p. 142.

XIII

Stat igitur sententia, iudicium Serenissimi Saxonis de aeneatoribus, quod ipse tanquam Patronus exerceat, omnium temporum atque locorum esse, et cum antiqua militaris imperii custodia, unde etiam origines duxit, necessario vinculo contineri. At ipsi libentes fatemur, non alias, quam artis, caussas eiusque disciplinae, quae in buccinatorum collegiis ordinata est, extra solennes curias et bellicas imperii expeditiones deferendas esse ad Archimareschallatus tribunal. Sed noua ratione vtuntur aduersarii, ut aulicos tubicines eximant: nullam esse in Principum aulis Archimareschallo potestatem: has quemque ex Proceribus pro imperio ordinare, magistrum etiam curiae aut Mareschallum, cuius iudicio res aulicorum subsint, ab antiquis inde temporibus constituisse. Quae quidem

dem argumentatio facile frangitur, vbi aulicorum et militarium buccinatorum idem genus eademque priuilegia esse obserues; ubi legem Imperii publicam, nemini licere aeneatorem se profiteri, nisi qui iustis tirocinis positis rite consecutus sit sodalitii priuilegia, animaduertas. Rem omnem conficit cap. xx. priuilegii a Ferdinando III. impertiti, quo, ut sit vna militarium aulicorumque buccinatorum origo, sic paria quoque utrius generi tribuantur iura, vt et ipsi et tympanistae uno eodemque collegio contineantur, iisdemque moribus ac priuilegiis vtantur fruantur.

Principum Imperii ius, ne ciues e suis finibus, neque ad peregrina tribunalia euocentur, huic tali potestati Electoris Saxonici speciose magis, quam recte opposuerunt. Primum illud recentius esse monet REINHARDVS l. l. p. 141. n. 4. deinde eruditus responsum est a ZECHIO, summo viro, non magis illud hac buccinatorum ad Archimareschallatum reuocatione infringi, quam excitatione aliorum opificum ad externam collegii, cui forte adscripti sint, arcam, qua nullus vnquam Princeps priuilegia sua opinatus esset immixtus. Sane iuris de non euocando ciues, quod vocant, veras haud intelligunt rationes, qui serio ista argumentatione vtuntur. Ergo ne, si cuidam sodalitio, si collegio Canonicorum in territorio alieno adscripti sim, et fidales mei ad habendos conuentus res que collegii decernendas, audiendam quoque collegii, num aliqua sodalium lex, num multa commissa sit, de me ipso sententiam, proposita exclusionis uel alia poena me reuocent, Princeps de euocationis iniuria conqueretur? Summam in terris suis potestatem, quam publicae leges Optimatibus Imperii affirmarunt, colimus omnes et veneramur. Quemadmodum vero, salua illa et saluis legibus, regia iura Imperatoribus reseruata in Principum territoriis exercentur, ecclesia etiam tum in Catholicorum ditionibus, tum sub Principe aliis sacris addicto pro sua libertate eam potestatem exercet, quae ex iure collegii oritur, sic superioritatem territorialem et ius euocationibus ciuium intercedendi Saxonis de buccinatorum rebus iudicio imminui frustra contendas. Haec omnia aut ignorantem aut corruptionem verae indolis, quae in iurisdictione ex collegii iure coorta, cernitur, nimis arguunt. Et cur tot aliae Aduocatiae Protectionesque opificum, de quibus BVDERVM

lau-

laudauimus, supremam Principum potestatem non aequa infringere existimat? Neque opus est, seruitutem iuris publici comminisci, ad protectionem aeneatorum cum superioritate territoriali conciliandam. Verius est, ut artificum fere omnium singularem olim tutelam per totum imperium imperatores gesserunt, (v. GONNIUS de Protectione opificum extra territoriorum ap. SCHOTTVM in *Hebdomadal. iuridicis n. XXII. § 7.8.9.10.*) sic ex Imperatorum iure maximis illis grauissimis que de caussis, quas supra attulimus, tubicinum et nacaristarum aduocatiam ad Archimareschallos peruenisse. Quis vero, quae Imperator aut Archimareschallus vice Imperatoris in territorio Germanico iura exercet, ea ipsa per modum seruitutis haberi concedat?

XV

Caeterum condonandus est error ADRIANO BÉTERO, scribentis fodalitates opificum, si qui in Germania Protectores habeant, tamē tantum particulares habere, quorum aduocatia certo Imperii distrittu contineatur, *de Collegiis Opif. cap. XIII. §. II.* Ignota, certe non satis nota ante Limnaeum plerisque iure consultis buccinatorum protectio, sola inter omnes tales aduocatias non aliis, quam ipsum Germanicum imperium, finibus conclusa. Sed et hoc iam agnouit KNICHEN. *op. polit. p. II. lib. II. sect. 2. cap. I.* Musicum illud regnum, quod comites Rappolsteinii Imperatoris beneficio tenuerunt, et quod successu temporis in Hohenloicorum potestatem peruenire, fistulatores atque tibicines, non etiam aeneatores complebitur, vid. JOH. FRID. SCHEID. *diff. de Iure in Musicos singulare Rappolsteinensi comitatui annexo.* Cum igitur Electoris Saxonici ius uim suam per totam Germaniam perque omnia buccinatorum et tympanistarum collegia inde ab eorum originibus exseruerit, non potuit eius potestas collegiorum statum, quoad res militaris et incrementa artis id poscerent, ordinandi et emendandi, conferandi etiam confirmandique clientum suorum priuilegia, eosdem in usu et fructu iurium suorum tuendi ac defendendi, atque ista tam sero in item adducta de rebus eo spectantibus iurisdictione Optimates Imperii latuisse. Si non latuit, omnesque liberrimum huius iurisdictionis exercitium per secula passi sunt, habebimus argumentum omnibus illis ratiociniis fortius ac validius, consentientem omnium Imperii Principum vocem, certe eloquentissimum silenti,

XXII

um, quo potestatis istius amplitudinem approbauerunt. Sed agnatum luculentius esse hanc Electoris Saxonici iurisdictionem, ut ab ipsis Imperatoribus, ita etiam ab omnibus fere Germaniae Proceribus, et in horum omnium buccinatores frequentissime exercitam testantur monumenta actorum ZECHIO commémorata FICIAL EROP. p. 253. Nec constat de controversiae exemplo, praeter illud quod, quod lenensium Iureconsultorum responsis a CHRISTIANO VVILDVOGEL et LYNCKERO in publicum editis locum fecit, et de quo, quantum satis est ad intelligendum, tradidit ZECHIVS. Quemadmodum vero antea omnes post LIMNAEVUM iureconsulti, in iisque magni nominis viri VITRIARIUS et THVLEMARIVS *de Octoivir.* cap. XVI. §. 21. potestatis huius tanquam indubiae meminerant, sic unus forte FR. LVD. BERGERVS in lenensem duumvirorum sententiam transit: reliqui, re melius perpensa, quotquot eam non reliquerunt in medio, firmis atque idoneis argumentis Saxonicae iurisdictionis veritatem asseruere. Omnia diligentiam superavit vir summus, BERNARDVS ZECHIVS in toties excitato Ficiali Europae, quem REINHARDVS, HORNIVS, PFEFFINGER aliique sequuntur.

XVI

De rebus buccinorum Archimareschalli iudicio subiectis satis vidimus. Videamus tandem de modo, quo ex iurisdictione exercetur. Hunc quoque sollicite describit ZECHIVS, ut totum ad opificum consuetudines et antiquam eorum in imperio disciplinam accommodatam agnoscas. Cum enim cognitio rei peritiam iudicis in primis requirat, praeterea hoc iuris de causis artificum politici statuendi genus maxime ex collegiorum libertate et iuribus oritur, ipsi etiam buccinatores, ceu multis aliis hic illic officibus licet, (v. ESTOR. *Iure Germ.* p. II. p. 883. et IOH. HENR. FRICK, in *Princip. Iuris Opific.* sect. IV. cap. I. p. 37.) sub Serenissimi sui Patroni tutela de rebus suis cognoscunt, et, an quid legibus suis conueniat, an poena a sodali commissa sit, iudicant decernuntque. Vbi vero aut inter ipsos collegii sodales aut etiam inter diuersorum locorum sodalitia de eiusmodi rebus non conuenit, quem in his causis summum Patronum et iudicem venerantur, ad huius, nempe Archimareschalli aulam lis defertur. Constat Archiosciales Imperii partes officiorum suorum per vicarios exequi

exequi. Habet autem in primis Serenissimus Elector Saxonie, cuius amplissimum officium tam late patet et tot ac tanta imperii atque aulae militiaeque munera respicit, praeter Comitem Pappenheimum, subofficialem suum hereditarium, etiam alios, qui eius subinde vires agant. Ipsae leges Augustorum regiae, atque in his *Capit. Imp. noniss.* Art. III. §. 24, non nulla supremi Aulae Caesareae Mareschallii munia ab officio Archimareschalli pendentia profertur. Qui in solenni bello constitutus dux, dubito, an male Archimareschalli vicarium appellaueris. Sic solet etiam Serenissimus Elector eam officii partem, quam in protegenda aeneatorum familia occupari diximus, maxime per Aulae sue Mareschallum tanquam per delegatum gerere. Cuius rei origo in promtu est. Nam cum in aula sua collegium buccinatorium alat, per hos tanquam artis perfitos, quicquid eo pertinet, et ab exteris collegiis ad iudicium suum defertur, noscere potest, neque opus fuit, talium rerum cognitionem Vicario Pappenheimio demandare, quem vero valde assimile esset tam scitos aeneatores penes se habere, quam sunt apud Electorem. Quantum ista tot caussarum cognitione auctoritatem collegii tubicinum Dresdensis crescere oportuerit, per se intelligitur. Mos erat ante legem imperii an. 1731. de opificum sodalitiis emendandis propositam, in unoquoque imperii Circulo communem aliquam arcam et primarium opificum, qui collegii iure gaudent, collegium, quod caeteris omnibus in opificii rebus praeesset, constituisse. Constituta etiam plurimum circulorum collegia, quibus ipsa, quae in circulo quoque primaria essent, parerent. GE. BEYER, in iur. Germ. cap. ix. n. 58. Ea priscorum temporum consuetudo societati buccinatorum Dresdensi, quae in ipsa Patroni aula tubas inflaret, pulsaretque nacaria, quamque adeo iudicium Archimareschalli sine dubio probauisset, inter caetera aeneatorum per Germaniam totam collegia principatus nomen dignationemque promeruit. Igitur ad eam res artis, sive tacito consensu, sive expressa ordinatione Archimareschalli, delatae. Ipsa vero, ut plerorumque aularum Germanicarum usus ex imitatione Saxonice seruat, officio Aulae Mareschallatus subest. Quod si res iudicio eius proposita non liquet, aut in diuortio sententiarum non conuenit, primum aulae Mareschallatus officium, et si uel hoc, quid statui debeat, dubitet, aut si de eius et collegii buccinatorum iudicio con querendi

querendi materia sit, summus Imperii Mareschalcus aditur, adeo-
que cum buccinatores Dresdenses hanc totam notionem Elektoris
auctoritate habeant, neque ad ipsos, sed ad ipsum supremum tym-
panotribarum tubicinumque patronum in rebus artem eorum ac
disciplinam spectantibus prouocatio sit, quis auocationem talium
rerum ad aulam Dresensem legibus Imperii aduersari contendat?

XVII

Inde etiam liquet, quod de tollendis artificum collegiis prin-
cipalibus, deque non euocandis aliis ad eorum tribunal, ne ex eodem
quidem, nedum ex alieno territorio sodalibus noua de disciplina
opificum emendanda Imperii lex an. 1731. sanxit, iudicium Electo-
ris Saxonici de exterorni buccinatorum litibus non euertere. Quin
tantum abest, vt supremum illud aeneatorum Germanicorum tri-
bunal ea lege sublatum sit, vt eadem portius expressis uerbis (*iedoch
denen Churfürsten und Staenden an ihren dickerhalb erhaltenen Pri-
vilegien oder sonst wohl hergebrachten Iuribus ohnnachtbeilig*) qui-
bus Electorum, Principum, caeterorumque Primorum singularia
iura et priuilegia contra nouam hanc dispositionem sarta testa pree-
stisit, eius auctoritatem tueatur atque defendat. vid. GONNIUS de
Protect. opif. extra territorium in Litterar. Erlangens. an. 1751.
publicatis n. 51. 52. et ap. Ampl. SCHOTTVM l. l. BVDERVS de
Protect. opif. speciali §. ult. FRICK, l. l. Graue huius rei argumen-
tum est, quod GONNIUS attulit, totam eam saluberrimam legem,
nuper etiam imp. D. Francisco I. denuо publicatam, opificum qui-
dem ausibus temerariis, ne uitquam uero Aduocatorum iuribus esse
oppositam. Haec legibus imperii defendi et confirmari egregie
quoque ostendit illustr. ERN. MART. CHLADÉNIUS libello elegan-
tissimo, quo *diplomata protectoria intelligi salua iurisdictione ordi-
naria demonstrauit* §. 8. Caeterum prorogari hanc iurisdictionem
a volentibus posse, qui forte Principis sui Mareschallorum aliorum
ue cognitioni magistratum se subiiciant, dubitare non finit mos
Germanorum, vnumquodque iurisdictionis ciuilis genus impune
prorogantium, atque idem ex usu rerum ZECHIUS testimonio suo
approbat.


OO A 6448

ULB Halle
002 928 140



3





ARCHIMARESCHALLVS IMPERII
AENEATORVM PATRONVS ET IVDEX

ILL. I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE

P R A E S I D E

D. IOH. THEOPHILO SEGERO

EIVSDEM ORDINIS ET SUPREMAE IN PROVINCIA CVRIÆ
ASSESSORE ATQUE ANTECESSORE

A. D. III. IVNII ANNO CICICLXXV

H. L. Q. C

DISPUTABILIT

JOHANNES GOTHOFREDVS BOERNERVVS

EURCHARDIDORPIO MISNICVS

LIPSIAE
EX OFFICINA BUSCHELIA